

*[Faint, mostly illegible handwritten text in a medieval script, likely Gothic or Carolingian minuscule. The text is arranged in two columns across the page. Several large initials are written in red ink, marking the beginning of new sections or paragraphs. The parchment shows signs of age, including staining and wear at the edges.]*

*[Vertical text written in a smaller hand, possibly a marginal note or a library stamp.]*

*[Vertical text written in a smaller hand, possibly a library stamp.]*

82





M-s. 1297

an f.

k

2197.6

F. A. H. Maxß  
1831 oho





CARMEN  
 SCRIPTVM AD  
 CLARISSIMOS, ERVDITIO-  
 NE ET VIRTVTE PRÆSTAN-  
 TES VIROS D. M. BALDA-  
 zarem Summer Torgensem: M. Philip-  
 pum Buchamer Hallensem: &  
 Michaëlem Lingelium Vi-  
 ennensem: cum ipsis gradus Do-  
 ctoratus in arte medica de-  
 cerneretur. VVite-  
 berge 8. Iulij.  
 ANNO

1563

AVTORE  
 M. STEPHANO SCHIRMEISTER  
 N. A. V. M. B. V. R. G. E. N. S. I.



VVITEBERGÆ  
 EXCVDEBAT IACOBVS  
 Lucius Transylvanus.





CAKMEH

SCRIP TVM AD

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO

CAKMEHUS ERADITIO





CARMEN  
GRATULATORIVM  
IN PROMOTIO.  
NEM DD.

**S**I vel cœlestes oneroso pondere motus,  
**S**E t Solis, Lunæq; vices, & lucida magni  
**A**stra Poli meditor: si Cœlum luce serenum  
**P**hœbea, pluuialemue aëra nubibus atris,  
**E**t venti flatus celeris, gelidasq; pruinas:  
**S**ive etiam varijs animantia condita prorsus  
**N**aturis: frugesue solj, frondosaq; passim  
**C**ulmina silvarum: medioq; in cortice gemmas  
**A**rborej fœtus: si tandem leta per arua  
**C**rescere conspicio segetes fœliciter vdas,  
**A**ut herbas, quæ sponte sua se in luminis auras  
**A**ttollunt, gignuntq; nouam de semine prolem:  
**D**eniq; si riuos argenti, ærisq; metalla  
**E**t nitidis venas gemmis auroq; fluentes,  
**A**tq; adeo latus quæ continet omnia mundj  
**A**mbitus, extrema si mecum mente reuoluo,  
**N**il video quod non in nostros fecerit vsus  
**I**lle opifex rerum: quocunq; & lumina verto,  
**V**ndiq; diuinæ cerno vestigia mentis.

A 2

Nam



Nam voluit Deus esse sui certissima signa  
Consilij, ne forsitan homo fluxisse patentem  
Ex atomis mundum, & volui sine legibus orbes  
Cælestes, stellasq; vagari hinc inde putaret  
Diffusas, totoq; errare sine ordine Cælo.

Nec nunc sydereo requiescit in æthere cessans  
Iupiter: illustri sed magni vertice Cælij  
Despiciens mare fluctuagum, terrasq; iacentes,  
Et ventos, ignesq; vagos, populosq; per omnes  
Dispersos terras, ac totum prouidus orbem  
Sollicito seruat (labentia secula) nexu.

Aspice signiferi (vix est illustrius vllum,  
Notitiam præter sanctis in mentibus ortam,  
Exemplum) vario currentia sydera cursu  
Zodiaci humanis seruire laboribus vsu,  
Cunctarumq; suis producere semina rerum  
Motibus, & segetes augere calore beatas:  
Nec non & nostris gelidos mutare liquores  
Corporibus, & diuersos in pectore motus,  
Aut furibunda viros vrgerè ad prælia bellj.

Aspice quem fulgens duodenis mensibus annum  
Cynthia distinxit: quem Phæbus quatuor æquis  
Partibus incisum per lucida signa recurrentis  
Oblivio motu solenni conficit orbis.

Vere nouo quando, pluuiata sydera, pisces  
Egressa



E gressus Cancrī Sol tendit ad astra rubentis,  
A rietis & flauis sese commiscuit astris:  
T um se terra gelu sterilij concreta resoluit,  
G raminibusq; vltro cedunt nascentibus arua:  
A c se committunt Zephyris spirantibus auræ  
N aturæq; suæ flores nascendo salubres  
S emina, virtutemq; D E O sic dante sequuntur.

H inc curuo fundum confindere taurus aratro  
I ncipit, & putres euertere vomere glebas  
A gricola, ac tritici benè aratæ semina terræ  
C ommendare debinc messem & sperare benignam.

I amq; pruinosis fœcundus montibus humor,  
S cilicet in tennes quando nix liquitur vndas,  
D efluit, & segetes ima tellure reclusas,  
G ranaq; sub putri calefacta refrigerat aruo.

C andidus interea sub Taurj cornua Phæbus  
S uccedens, vultu luſtrat fœcunda sereno  
A rua, & maiori iam lumine prouocat agros,  
Q uando sub aërijs surgens Aurora Gemellis  
E xoritur, radijsq; auget flagrantibus æstum.

N e tamen aut omnes sterili subducat arenæ  
H umores calor immodicus, vel solibus agrj  
S iccentur nimium rapidis, Latonia noctis  
H umorum & rectrix fluido sata semina succo  
T emperat, & reficit nocturno frigore campos.  
I mò & flaua Ceres, vnciq; repertor aratrj,

A 3

Dijq;



*Dijque Deaeque omnes, studium quibus arua tuerj,  
Fœlicem raris demittunt nubibus imbrem,  
Et tempestates defendunt frugibus atras.*

*Verum cum grauida concreuit culmus arista  
Luxurians, Sol ad Cancrj, calidiq; Leonis  
Sydera progreditur, ardenteseq; excitat æstus:  
Tum demum incipiunt morientibus omnia plantis  
Arua, & paulatim cani flauescere campj:  
Tum demum feruor, rapidiq; potentia Solis  
Acrior insueto terras exurit apertas  
Igne, & maturas abscindere suadet aristas.*

*Nec minus interea Bacho dicata Lyæo  
Extrudit gemmas, atq; omni vinea fœtu  
Pubescit, ponitq; oculos in palmite letos:  
Et iam stillantes producit pampinus uuas:  
Ipseque quadrifidos, & acuto robore vallos  
Fingere telluri, frondesq; ligare virentes  
Arboribus iubet, & folijs prætexere vitem  
Bachus, ne grauidos ventosus forsitan imber  
Discutiat fœtus, teneros vel lædat ocellos.*

*Tum pluuijs rerum fœcundis optimus autor  
Coniugis in gremium grauidæ descendit, & omnes  
Producit madido commixtus corpore fœtus:  
Atq; ubi hiulca siti findit canis æstifer arua,  
Et terram, & frondes (Sol quando maximus æstu  
Exhaurit succos, & fructus viribus omnes*

*Desti*



**D**estituit ) gelido perfundit rore comantes.  
**Q**uod superest, quando maiores sentibus vuæ  
**P**rimo creuerunt Autumnni tempore ditis,  
**V**initor aëreis ostendere solibus vuas,  
**E**t canis nondum maturas vite pruinis  
**I**ncipit attonso : vt cogant mitescere vites.

**H**æc quicunq; putas (nec nunc ascribere tempus  
**P**lura sinit) casu fieri, qui cætera credis  
**C**rescere posse sua virtute, aut viuere posse,  
**F**alleris & toto cælo quasi cæcus aberras:  
**N**am regit, & stabilij conseruat fædere, quicquid  
**M**undus habet, rerum sator & sanctissimus autor.  
**I**lle polos circum cælestes legibus orbes  
**I**mmotis iubet ire, viasq; absoluere certis  
**T**emporibus stellas septem: iubet ille serenos  
**A**pparere dies: & largos detonat imbres.  
**I**lle facit lætis accrescere semina campis:  
**I**lle facit nudos rursum reuiescere ramos;  
**A**ruaq; diuersis spaciola coloribus ornat,  
**E**t varias reddit benevolentium in corpora vires  
**H**erbarum, & formas inducit floribus omnes.

**H**inc est excellens adeò, supremaq; virtus,  
**S**cire potestates herbarum, vsumq; medendj:  
**A**tq; graues rerum variarum noscere causas.  
**H**inc adeò excellens, Diuisq; æquanda supernis  
**E**st virtus, seruare acres quo sydere morbos

Sit



*S*it tutum curare, ægrisq; adferre medelas:  
*A*ut etiam causas morborum, & signa notare,  
*E*t iustis adhibere manus ad vulnera læsi  
*T*emporibus medicas: ne tum contagia totum  
*S*erpant per corpus, siue omnia sospitis in se  
*O*ssa minutatim morbo collapsa trahantur.

*N*ec minor est virtus occultas quærere vires  
*G*emmarum, & validis rectè miscere medelis.  
*A*ctotam demum scrutari corporis ægrj  
*N*aturam, quid ferre queat, quis cultus habendo  
*S*it morbo, auferri & qua possint lege dolores.

*H*as si quis fœlix artes coniunxerit omnes,  
*A*uxilium ægris ferre potest & tollere morbos,  
*S*i modo concedit tolli suprema potestas.

*T*alis erat Chiron, Amythaoniusq; Melampus,  
*T*alis erat Pœon quondam, clarusq; Machaon:  
*N*ec non Hippocrates, & notus ad astra Galenus,  
*E*t plures reliqui, quos hinc mora longa referre est.

*N*ec minus ad summos hæc ars euexit honores  
*I*nsignes virtute viros, quos secula nostra  
*C*ommemorant paucis vitali luce diebus  
*D*efunctos: & quos nostris iam vita superstes  
*P*reposit morbis, atq; his prodesse medendo,  
*Æ*grorumq; iubet fœdos curare dolores.

*V*iuat adhuc nostra medicus præclarus in vrbe,  
*E*t



E t pietate senex , quo non est iustior alter ,  
F endius: hunc fessum quoniam veneranda senectus  
O bruit, vt medicas possit non amplius artes  
F erre, vel antidotis languore leuare solutos,  
C onsilio medicis tamen omnibus indefesso ,  
E t studio prodesse cupit industrius omni.

V iuit & Ortelius senior , quē magnus Apollo  
C uj fuit herbarum subiecta potentia quondam ,  
I nstruxit iussitq; parare salubria morbis  
P harmaca, & aethereos euexit laude sub orbes .

T e q; adeò, decus hoc æui, P E V cere colende  
P raeceptor nobis, totum medicina per orbem  
E t miranda tui facit experientia clarum  
I ngenij, & Diuūm tua nomina laudibus æquat:  
N ectesi Chiron, Nymphae Coronide natus  
V iueret in terris, medicamine vinceret vlllo:  
Q uāuis huic praesens pater, atq; huic mater adesset,  
P hillyra Chironi: Epidauro magnus Apollo.  
I pse etiam Astraea si Hyperion iudice tecum  
C ertet, & Astraea se Hyperion iudice victum  
D iceret, ac victus maiori cederet vltro.

T u q; mihi magno semper venerandus honore  
C ompater) egregiam studijs Hermanne medendj  
Q uæsisti laudem, dum plurima corpora morti  
(E xpertus loquor ipse) truci vicina, caducamq;  
E xtremis animam iam singultantia prorsus

B           Spiri



*S* piritibus purgas fœlici sydere mendis,  
*E* t pulso tandem morbo reualescere cogis.

*S* ic Buchamere tuū præclarum laude Iodocum  
*E* gregia patrem memini, fratremq; Philippum,  
*A* mbos Doctores medicinae, atq; artibus ambos  
*A* ntè alios varijs, vsuq; excellere multò:  
*A* tq; adeò æternum medicando nomen adeptos  
*E* sse, Ducem doctæ quoniam curabat vterq;  
*A* rte Moguntinum, si quando fors an atroci  
*V* el morbo, vel tabifico languore, vel acry  
*F* ebre laboraret, vigiliq; incumberet Oestro,  
*N* amq; hos posthabitis alijs, vsuq; medendiq;  
*E* ximios nulla non arte adhibere solebat:  
*E* t magnis meritò obseruabat honoribus ambos.

*N* ec certè minor aut vlla virtute, nec vllò  
*N* omine præcellens medica Dümerichius arte  
*A* ffinis tuus insigni celebratur honore.

*N* ec plures memoro: nã si tibi sanguine iunctos,  
*E* t genus & totam prima cum stirpe referrem  
*P* rogeniem (namq; his fuit omnibus vna medendj  
*C* ura) mihi longo concreveret ordine carmen.

*A* t nunc Sycelides Heliconem pandite Musæ  
*P* ierium, decorate domos, ornate cathedras,  
*S* pargite humum folijs, & vestes figite pictas  
*P* arietibus, tremulisq; faces incendite flammis.

*Tuq;*



*T* uq̄ sacras aruis immitte Polymnia Musas:  
*E* t vos florentem viridicum Bacchare Cestron  
*C* arpite Libetrides, & candida lilia plenis,  
*A* tq̄ rosas calathis & purpureum Narcissum  
*C* olligite: ac herbas beneolentibus vndiq̄ mixtas  
*F* loribus in terras, atq̄ alta sedilia circum  
*S* pargite, & Aonijs suaves inducite odores  
*Æ* dibus: Ac vosmet Pimpleis vestibus omnes  
*T* emporaq̄, & crines circum Parnaside vinctæ  
*A* rbore, presentes veteri de more venite,  
*E* t filo lectas miscete coloribus herbas  
*D* iuersis, multo & medicis intorta decore  
*P* onite ferta viris: Aderit iã vester **APOLLO**  
*E* t meritæ dignis expendet præmia **LAVDIS.**

















153028

AB: 153028


ULB Halle 3  
003 486 044




86











42

CARMEN  
SCRIPTVM AD  
LARISSIMOS, ERVDITIO  
E ET VIRTUTE PRÆSTAN  
TES VIROS D. M. BALDA  
zarem Summer Torgensem: M. Philip  
pum Buchamer Hallensem: &  
Michaëlem Lingelium Vi  
ennensem: cum ipsis gradus Do  
toratus in arte medica de  
cerneretur. VVite  
bergæ 8. Iulij.  
ANNO

1563

AVTORE  
STEPHANO SCHIRMEISTER  
N. A. V. M. B. V. R. G. E. N. S. I.



VVITEBERGÆ  
EXCVDEBAT IACOBVS  
Lucius Transylvanus.